

Parodia Næniis Hollandi opposua.

Dies iræ, dies illa,
 PHILIPPO male tranquilla,
 Illum solvet in favilla,
Quantus tremor est futurus,
 Cum Hollandus est yenturus,
 Inquiritates aggressurus !
Tuba mirum spargens sonum
 Cum potentia mucronum
 Hispanorum vertet Thronum.
Potens Hollandi Bellona
 Dicet : date cuncta bona
 Una cum vestra Corona.
Miles lectus adducetur,
 ANGLUS cum quo cunjungetur,
 Ut Hispanus perdometur.
Hinc Hollandus cum sedebit,
 Fideles multum augebit,
 De Papatu nil manebit.
Quid sum miser tum dicturus,
 Quem Patronum rogaturus,
 Cum vix Gallus sit securus ?
Leo magnæ potestatis !
 Hispanum trivisti satis,
 Sic etendum, cedo Fatis.

Post

Poet hac fidem colam pie,

Valedicam falsæ viæ,

Ne me perdas iræ die.

Pro Hispano multa passus,

Ut hic staret, etiam lassus,

Tantus labor ne sit cassus.

Magne Leo Batavorum,

Amor, timor populorum,

Parce terris Hispanorum!

Dum Gallum mari vicisti,

Innocentes protexisti,

Mihi quoque spem dedisti.

Preces meæ non sunt dignæ,

Sed o Leo fac benigne,

Ne sœvo comburar igne!

Inter tuos locum præsta.

A Romanis me sequestra,

Semper tua tanam gesta.

Confutatis Papæ brutis,

Veritati restitutis,

Redde mihi spem salutis.

Oros supplex & acclini,

Anticristus fiat ēnis,

Ut sic lachrymatum finis.

Wenn

A. I.